




# LATIN FOR THE NEW MILLENNIUM, Level 1

## LATIN STORY TO ACCOMPANY REVIEW 2

This recounts the story of a young Roman girl, Cloelia. She demonstrated great bravery in the face of a fierce enemy, the Etruscan king, Lars Porsena, and served as a model of female virtue for Romans and future generations.



Woodcut illustration of Cloelia's escape from Lars Porsena. It is one of seventy-six illustrations in an incunabulum of a German translation of Boccaccio's *De mulieribus claris* printed in Ulm, Germany, ca. 1474. Penn Libraries, Creative Commons 2.0.

## CLOELIA ET LARS PORSENA

1 *Etrūscī castra nōn longē ā Rōmā habent quod bellum contrā Rōmānōs gerunt. Lars Porsena rēx Etrūscōrum est. Rēx Rōmānōs timet quod Rōmānus vir, Gāius Mūcius Scaevola, castra intrāre poterat. Cōsiliū magnum ā rēge parātur. Iubet virōs armātōs Rōmam ambulāre et epistulam Rōmānīs dare.*

5 *In epistulā est foedus. Propter foedus, Rōmānī Lartem Porsenam malum vocant. Ē foedere Lars Porsena X puerōs Rōmānōs et X puellās Rōmānās exspectat.*

*Familiae Rōmānae timent et dolent sed puellās et puerōs Etrūscīs dant. Multae puellae et multī puerī lacrimās dant et dolent. Puellae et puerī nōn in vinculis sunt quod sunt multī magnī et armātī Etrūscī virī.*

10 In tenebrīs, puellae et puerī in terrā iacent. Puella, Cloelia, nōn timet sed auxilium dat. Cloelia animōs firmat et multās fābulās dē multīs fēminīs Rōmānīs narrat. Fēminae Rōmānae dē vitīs nōn timent; Rōmam servant!

In castrīs Cloelia et Rōmānae puellae nōn manent sed Rōmam *fugiunt*. Armātōs Etrūscōs nōn timent; per rīvum *natant*. Via longa nōn est quod castra Etrūscorum nōn  
15 longē ā Rōmā sunt. Familiās in casīs vident et multum gaudium est!

Lars Porsena *irātus* est. Dē puellis cogitat et iubet virōs epistulam Rōmānīs dare. Epistula nōn est longa: Etrūscī bellum nōn gerunt. Rēx autem Cloeliam manēre in castrīs *cupit*.

Etrūscī domum intrant et epistulam familiae Cloeliae dant. Familia misera est! Cloelia cum familiā nōn manet sed animum firmat. Puella ad castra Etrūscōrum ambulat. Quod  
20 rēx puellam habet, *Etrūscī* bellum contrā Rōmānōs nōn gerunt.

Cloelia praeclāra est quod Rōmam servat. Rōmānī Cloeliam in memoriā semper tenent. Rōmānī fābulās narrant. Rōmānī puerōs et puellās dē exemplīs docent. Cloelia exemplum puellis est.

## VOCABULA NOVA

**bellum gerunt** – wage war

**contrā** – against

**cupit** – wants

**Etrūscī** (*subject*), *m.* – the Etruscans (an ancient people of central Italy)

**Etrūscōrum** – of the Etruscans

**foedus, foederis, n.** – treaty

**fugiunt** – flee

**irātus, irāta, irātum** – angry

**Lartem Porsenam** (*accusative*), *m.* – Etruscan king

**natant** – swim

**necat** – kills

**poena, poenae, f.** – punishment

**poterat** – (Gaius Mucius Scaevola) was able to

**quod** – because

**rēge** (*ablative*) – king

**rēx** (*subject*), *m.* – king

**Rōmam** – to Rome